

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XIX

urn:nbn:de:bsz:31-97032

dejacere fœminam & occidere, rostro undecim infli-
ctis vulneribus, eo quod pullos, quo minus se seque-
rentur, abstraxisset. Hoc accidit Coloniae, ubi grues
mansuetæ generare solent. Quæ de illarum & Pyg-
mæorum concertatione dicuntur, anilia sunt. *Galbu-
la* suspendit suum nidum in ramis cyathi modo, ut
nulla quadrupes accedere possit. Figuram testiculorum
arietis nidus refert. *Albert. Magn.* Sunt qui dicunt fe-
ricum in eo repetiri, avem ab aqua non longe ædifica-
re, nidum ex musco, fanticulos vero quibus eum su-
spendit ex pilo equino esse. Discedit ex Italia Arctu-
ri syderis exortu. Dependens pedibus somnum capit,
quod se tutiorem speret. *Plin. l. 10. c. 33.* Cum ad
Germanos accidit, non amplius nascituras pruinas
certa spes est.

CAPUT XIX.
DE GRACULO.

Graculum præter segetes locustis vesci colligitur,
quia à Lemni Insulæ incolis, has aves coli solitas
tradunt, quoniam adverso volatu occurrerent locusta-
rum exitio. *Plin. 10. c. 29.* Mares malunt vitam pe-
dere, quam fœmellas deserere. Oculus tenti impe-
tere solent. Ratio redditur à *Nicolao Leonico*: Vel
quod clari perfulgentesque existunt oculi, & bene mo-
biles: hujusmodi autem aves res ad se trahere & alli-
cere natae sunt. Nam & commotum etiam circa ro-
strum digitum frequenter appetere & scalpere solent
volucres: Vel quia oculis absoluta adest speculorum
vis, adeo ut tam parva pupilla, totius ex adverso stan-
tis, reddat imaginem. Aliter igitur, quia effigiem in
his cernunt suam, velut ad cognita desideria tendere
cupientes, illos appetere, verisimile est.

CAPVT